



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Diuitiarum execratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

flagrans. Pulsat ianuam, aperitur. Prima vox fuit, *Et ubinam est frater?* Mirantur genitores quæstiotis nouitatem. Instat illa: n̄ēgant illi, nescij, quid sibi puella velit. Rogat denuò filia, *ubifrater?* neq; enim rem sibi iam notam certamq; vel negandam, vel vltro, per iocum dissimulandam. Aiunt illam deliria loqui, n̄ihil enim sibi de fratre constare. Enim uero, ait, fratrem meum adesse scio, qui mihi heri, tali hora, tali loco, tali habitu oris & vestis, tali de-  
nique statura, in campis obtuam factus est. Fateor, multum muta-  
tus ab illo, qui à nobis discessit, nec mihi quidem amplius agno-  
scendus, nisi se se natalitio brachij signo ostendo prodiisset, dixi-  
setque recta ad parentes diversurum. Dixisse fulmine cælesti per-  
cussos, ita ad hunc filiæ sermonem expalluerunt obstupueruntq;  
misericordi parentes. Facti enim conscientiæ exhorrescentes capil-  
los de capite euulserunt, sibiq; ipsis, ob immanc parricidium, in-  
tolerabiles visi, inconsolabilibus lamentis, domum, urbem, cælum  
impluerunt, optantes nullum umquam aurum, in mundo extitisse.  
Et quamuis iudicis pœnam meruerint, ipsi temeritate in temperijs agi-  
tati, carnificem præuenierunt, vindicesque manus in se conuerte-  
runt. Tora itaque ea die patet, in tristitia, inedia, ac desperatio-  
ne transacta, nocte proxima, urbem solus absque arbitrio egressus,  
è publico se ciuitatis patibulo suspendit, ut è sublimi loco altius ad  
Tartara descendere; mater autem eodem, quo pridie filij fances  
iugulauerat, cultro etiam suum guttur dissecuit; filiâ, inter tria-  
cadauera, aurum, cupiditatem, & diuitias detestante. Ac ne hi-  
storia hæc vim vetustate perdat, contigit ea nostro saeculo, anno  
scilicet 1618. die 15. Maij. In qua Mundus videt aurum vim, qua  
non solum, spe adeundæ hereditatis, filij rapiuntur ad necando  
parentes, sed ipsi quoque parentes præcipitantur, ut natos suos è  
vniuers auferant, quibus vitam dederunt. O mater crudelis, & se-  
uior Medeâ! ô noua Progne, quæ, Deo vindicante, Ityn ipsa suum  
concidit! & prelem, quam vtero texerat, nunc ingestâ terra oc-  
cultauit, ignara quid faceret. Adeò cæcos & amentes facit aurum;

adeò fæuit, adeò furit.

## V I.

S. Chrysostom.  
g. homil.  
Cum Sarto-  
cianus.

Diuine Chrysostomus ait: *Fugitive diuitiae sunt, ab hoc in illum  
transfentes, atq; utinam transiissent solum, non etiam occidissent: nam  
praterquam quod deserunt, etiam gladiis tradunt, & in barathrum per-  
trahunt;*

orabant; eò quòd sunt periculose proditrices; & cum his potissimum bellum gerant, à quibus amantur; ingratasunt, fugitiva, homicide, crudelis, implacabiles, bestia incurabiles, precipitum undequeaque præruptum, scopulis assiduis plena, & fluctibus; & mare innumeris venis agitatum; tyranni acerbè imperantes, domine quois barbarosseuios, inimica irreconciliabiles, hostes implacabiles, & qua numquam erga eos, à quibus possidentur, remittunt simultatem. At non ita pamperatas, que quidem est tutum asylum, portu tranquillus, perpetua securitas, delitia periclorum expertes, voluptas sincera, vita turbationis nescia, vita fluctuum ignara, copia inexspugnabilis, Philosophia parens, frenum intemperantie, supplicij sublatio, radix modestia. Quare igitur hanc fugientes, illas amatū? illas hostes, illas homicidas bestiā quæsis seniores?

Quæ cùm ita sint, num Christus nimium dixit, quando diuitias spinis comparauit? Spinæ sepiunt rosas, & pungunt eos, qui Luc. 8. 14<sup>o</sup> florem volunt carpere. Collige aurum, & scaties aculeum. Inter spinas & vepres, viperæ, colubri, bufoones nidulantur, & omnis generis animalia venenata: inter diuitias ò quæ non sunt venena, quæ non crimina? quæ fraudes, quæ furta, quæ insidia? quæ cædes, quæ spoliationes? E spinis rident rosæ, nitent lilia, quæ nisi summâ cautelâ non leguntur; aculei enim vndique, velut hastæ porriguntur, adhærent vestibus, & si non lædunt manum, saltu metu terrent: è diuitijs multa commoda percipi possunt, sed magna opus est attentione, incredibili vigilancia; certè neque curæ desunt, neque solitudines, ubicumque sunt diuitiae. Quod in parabola diuitis, qui plurimum fructum collegit, à Christo Domino est manifestatum. Ille enim, cùm interdiu magno labore multa congregasset, noctu somni & quietis expers, secum tacitus dicebat: *Quid faciam?* Anxij utique verba hæc sunt. Opes illum dormire Luc. 12. 17 non sinebant. Et quid mirum? Si enim diuitiae spinæ sunt, quis super spinas dormire potest? Nimirum vel idcirco Deus opes spinis cingit, ut sentiat earum amator, quid ambiat; & agniti benigni monitoris manu, dicat: *Quoniam die ac nocte granata est super me manus tua: conuersus sum in arerna mea, dum configitur spina.* Et quamvis nonnulli diuites diu non sentiant aculeum diuitiarum; tamen illæ, quemadmodum spinæ, in fine desinunt in cuspidem.,

qua